



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallelia Geographiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

Nvm. 2. Chrimia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13167

les terres
du Tarta-
re en la
Peninsule
de Caffa.

Baccasara : *Baccasaray*, ad Fluuiolum cognominem inter duos montes collocata, & h̄ic sepulchra Kamorum ostenduntur.
 Salaticum : *Salatik*, locus per amœnum, & venationibus Cami celebratissimus.
 Sortassos : *Sortasso*, locus item amœnum, vbi legati solent excipi. Hucque primū configere Genuenses Caffa ab Ottomanis ciecti.
 Kerkia : *Kerq*, in ostio Bosphori ē regione Thoman arcis Turcicæ in Asiâ.

N V M. 2. Chrimia.

NOMEN totius Regionis hæsit huic parti Septentrionali, & in eā multæ collocantur vrbes, sed omnes dirutæ sunt, propter assidas excursiones Tartarorum. Hic igitur tractus duobus populis assignatur à recentioribus Geographis, Ociacouiis & Ossouiiis.

TARTARI

OCIACO-
VIENSES,

les Tartares
d'Okzakou.

TARTARI

OSSO-
VIENSES,

les Tartares
d'Ossouu, ou
d'Assaph.

O CIACOVIA : *Oczakou*, vrbs quondam Podoliæ, & Lithuanis per Tartaros crepta, vnde & iis inditum nomen. In eā iam commoratur Kamus, & de eā quondam magna extitit inter Principes ciuili bello distractos controuersia. Vrbs amplissima est ad Borysthenem sita.

Nigropolis : *Nigropoli*, non procul à mari, vnde sīnui nomen.

Reliquæ sunt potius rudera, quām vrbes.

TANAI S, seu Ossouia, vulgò *Tana*, seu *Assaph*, seu *Ossonu*, vnde & populo nomen, ad ostium Tanais Fl. vulgò *Don*, qui in paludem Maeotidem cadit, in præsentia, *Mer de Zebache*, à minutis piscibus, qui h̄ic tantum reperiuntur. Olim Venetorum fuit, nunc ab Ottomano occupata est, qui h̄ic Saniacum habet, seu Gubernatorem ut Tartaros illos in officio contineat.